

Nondum.

(68)

CL. V.

IOANNI COCCEIO

Ioannes Schildius S. P. D.

Non ego, Bremensium clarissime Cocceje, per ambages
epistolam ordiar: damnato praefationum lenocinio, pro-
fligatoque excusationum apparatu, fidenter illud in
prima acie colloco, percussere me, sicut inter populares
numeror, ita inter amicos quoque tuos, ac devota fama
nominique tuo capita, censeo. Cum docentem te
Frisia spectaret, epistolarum inter nos aliquando coepta
commercia recordor: ea strenua in scribendo pigritia
mea diremit: te, Musisque, propitius ad intermissa
redeatur. Ac tanto id quidem opportunius, quanto
nos breviori secerit intervallo vocatio tua in di-
vinum illud eruditionis ac aternitatis domicilium
Leydam. Pulchre Batavia, quod te sanctissimo
viro L' Empercurio (favitori quondam amicoque
meo praecellenti) successorem dedit, qui duo studia,
nostro avo nimium saepe dissociabilia, curate per-
fecteque miscuerat, Theologiae Scientiam, & O-
rientalium Linguarum: non enim ille locus aptius,
illustriusque, poterat impleri. Utinam in eadem
Academia vestra, cuius ego tot per annos inquilinus
ac civis fui, mihi quoque terra filio locum aliquem
ingenium pariter & occasio praeberent! Accepisse
te credo, qua subinde litteraria munuscula misi, Ex-
ercitationes in Tacitum, Commentarium in Suetonium,
libellum de Caucis. Hic lautissime quidem, tran-
quillissime, liberrimeque victitamus: at, qua vim
animi sopitam suscitent atque ventilent, exerci-
tandi

tandi patentior campus ac materia desunt: ac, si
forsan animum virtus intraret, è Placco meministi
paullum à Sepulta distare inertia celatam virtutem.
Nescio, an innotuerit tibi (tanti autem non erat)
hyeme progreffa accitum me à Bremensibus ad
guentia Professionem, ac Pedagogearchiam: condito
adjiciebantur oppido tenues, ac multum is, quibus
in Zeelandia potior, inferiores: ideoque primo pa
intuitu sunt à me rejecta. Patria nostra me
cognitissimos tibi perspectissimosque scio: nempe ni
non ea peregrinorum gratia tribuere consuevit, i
digenarum industria nihil, aut non nisi per ambit
quem ego semper indignum generosis animabus
existimavi. Hac tamen vulnera tibi aperio fo
nulli denudanda Batavos inter, aut Zeelandos, n
despectiorem me, toto jam inter exteros octennio
santem, tam tenuis in patriam vocatio reddat
Middelburgensium motus, ut ab atroci tempeste
mare, necdum ex omni parte subsedit: qua in
geruntur, cum ad vos ilicet omnia perferantur
non est quod diffusius eadem ego curatiusque pe
scribam. Discimus exemplis, nullo illius Gub
natore frena reip. (qualis est Federatorum) molle
rante, haud omnino vanum anarchia metum esse
Sape animum meum admiratio subit, cur Te
Belgium cetera quidem omnia simillimum sit
Aedais, in Gubernatore legendo discrepet atque
sentiatur: Illi enim unius quidem autoritate
Pratoris inter prospera numerabant, at perperam
inter periculosa: ita, dum alii alios excipiunt
puleberim

reip. consulebatur, quæ nec totam servitutem, nec totam pati libertatem poterat. Sed ego Polibicum umbraticus mortalis ago. Vehementer à te, celeberrime Cocceje, peto, ut excellentissimis, Heydano Scotanoque, plurimam à me salutem nuntis, nec non magnifico Summoque viro, fratri tuo, cujus ego merita quibuslibet excelsiora Bremenisium beneficiis puto. Vale, & amicam, veteris amici progeniem, qualicumque non dedignare responso.

Miffinga, ad d. XXVI. Junii,
 a^o MDCLL.



V. CL.

IOANNI COCCCEO
SS. Theologiae Doctori
ac Professori in Aca-
demia Leydenfi.

Leyden.